


Sb

3703

J. 224

5

T H E S E S  
· P R I V A T I S D I S S E R E N D I E X E R C I T A M E N T I S  
T E R T I Q U O M A N N I 1 7 6 7 T R I M E S T R I  
M O D E R A T O R E  
I O A N N E D A N I E L E T I T I O  
P H Y S . P . O .  
I N V N I V E R S I T A T E L I T E R A R V M W I T T E B E R G E N S I  
D E S T I N A T A E.

---

I.

**P**ublicis libellis, quos Manifesta vocant, belli aut inferendi, aut recipiendi iustitiam adserere, mos est laudabilis magis, quam vilis. Etenim cum armato non argumentis, sed armis pugnandum est. *Forstn. ad Tac. XV. Ann. 2. 13.*

II.

*Liv. XXXIX. 9.* Scortum nobile libertina Hispala Fecenia non digna — Codex antiquus Kolkauii pro non habet nomine. C. 12. reprocheret sibi quae in luce simile — ludo simili extat in laudato Cod. XLV. 1. Romam cum venisset praecceptor tamē eius rei laetitiam inuenierunt — sine dubio legendum *praecceptam* h. e. ante captam. Nam eadem locutio apud autorem L. IX. 5. in fine occurrit.

III.

De oppositis et disparatis tractatio multis exposita difficultatibus est; *contra Canz. Medit. p. 103.* disparata male dicuntur, quaecunque a se mutuo distingui possunt. Posunt et opposita. Proprie vocantur opposita plura aequaliter repugnantia.

IV.

Consensus plurium ut in metaphysicis perfectionem, sic summam in politicis imperfectionem indicat; et misera certe societas, in qua de omnium omnia consensu aguntur.

V.

Gratiarum actio est ad plus dandum in uitatio *I Tim. IV.* Hinc veterum Germ. *wer öfter dankt, oft mehr verlangt.*

VI.

Fulminum causa partim ignis electricus, partim vapores inflammabiles, et locus natalis tum ipsae nubes, tum infima aeris regio sunt.

VII.



VII.

Electricitatis phaenomena antiquitus iam experientiae obuiam fuerunt, licet natura corundem adhuc latuerit. Exemplo sunt loca *Plini N.H. XI. 36. XVIII. 26. XXXVII. 2.* et plura apud Liuium, Senecam, aliosque autores veteres, vbi portenta luminosa recitantur.

VIII.

Halleri de nouo Promertheo vaticinum:

*Ein neuer Promerbeus bestiebt den Himmel wieder*

*Qui tenuem liquidis ignem furatus ab astris,  
in neminem, quam Franklinum, melius cadit.*

IX.

Quaerenda pecunia primum est: virtus post nummos — *Horat.*  
*Epiſt. I. 1.*

X.

Positio coeli corporibus, (simul et ingenii) habitum dat. *Tac.*  
*Agr. 2.* Idem *Liv. XLV. 30.* Inde Erafmi adagium: mores homi-  
num regioni respondent.

XI.

Discrimen inter scelus et flagitium eleganter exponit *Liv. XXXIX.*  
*16. et Tac. Germ. 12.*

XII.

Felicitas, fortuna bona, vix illa est absque infelicitate quadam,  
aut fortuna sinistra. Miscentur tristia laetis. Bene igitur fecit Philip-  
pus Macedo, qui, quum Potidaeum expugnasset, et eo ipso die Illy-  
riorum a Parmenione duce superatorum, et victoriae olympicae, na-  
tique filii nuncium accepisset, exclamasse scribitur a Plutarcho (*in*  
*Alex.*): O! Iupiter, malum aliquod hisce bonis admiscero.

XIII.

Propositiones omnimode determinatae prorsus non dantur; si  
darentur, vnde de nulla non re diffensus?

XIV.

Pax *aeterna* cum inter Principes non sufficit, multo minus pax  
philosophorum; horum enim omnis inter eruditos lis est.

XV.

Bruta ratione praedita esse Philosophi exemplo optime demon-  
stratur humanitatis expertis.


XVI.

Beatus est, non qui habet, quae cupit, sed qui non cupit, quae  
non habet. *Auson.*



S6 3703





B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

H E S E S  
RENDI EXERCITAMENTIS  
NNI 1767 TRIMESTRI  
DERATORE  
ANIELE TITIO  
PHYS. P. O.  
CLITERARVM WITTEBERGENSI  
TINATAE.

I.

anifesta vocant, belli aut inferendi, aut re-  
vere, mos est laudabilis magis, quam vtilis.  
argumentis, sed armis pugnandum est.

13.

II.

m nobile libertina Hispala Fecenia non di-  
lkauii pro non habet nomine. C.12. expro-  
e — ludo simili extat in laudato Cod.  
set praecerptam tamen eius rei laetiam  
legendum *praecepsam* h. e. ante captam.  
torem L.IX. 5. in fine occurrit.

III.

s tractatio multis exposita difficultatibus  
33. disparata male dicuntur, quaecunque  
Possunt et opposita. Proprie vocan-  
repugnantia.

IV.

metaphysicis perfectionem, sic summam  
indicat; et misera certe societas, in qua  
iguntur.

V.

lus dandum initatio I Tim. IV. Hinc  
kt, oft mehr verlangt.

VI.

ignis electricus, partim vapores inflam-  
plae nubes, tum infusa aeris regio sunt.

VII.